



LXVI.

# METAMOR- PHOSIS PLANTARUM,

SUB PRÆSIDIO

D. D. CAR. LINNÆI,

Proposita a

NICOL. E. DAHLBERG,

Ostrogotho.

*Upsaliæ 1755, Junii 3.*

## CAP. I.

**O**mne, in hoc mundo, vivens mutationibu o-  
noxium est; a parvo enim incipit, augetur  
& magnum fit, faciemque totam sæpe im-  
mutat: **CERVI** cornua ramosa non acquirunt an-  
tequam ætate provectiones evadant. **PAVONES**  
versicolore caudam non prius adipiscuntur, quam  
tribus annis præterlapsis. **LARI**, adhuc juvenes,  
ineani sunt. & altero primum anno colorem album  
induunt; & plurimæ avium colorem, quem pulli  
habuerunt, in alium commutant: Ex conchyliis  
**STROMBI**: *Podagra, Scorpius, Lambs, Millepeda,*  
*Auris Diane*, &c. Labia, seu dædaleos suos finis,  
non antea adsequuntur, quem maximam ætatis suæ  
partem vixerunt. Ut alia exempla reticemus.

INSE-